te inferi non praeualebunt in ea; Quod si non credis uer
bis ipsis & operibus crede; quanti tyranni adgres
si sunt inpugnare ecclesiam dī. quanta tormenta quantas
cruces adhibuerunt. ignes. fornaces feras bestias gladios
intendentes & nihil agere potuerunt; ubi nunc sunt illi qui
haec fecerunt & ubi illę qui haec fortiter ptulerunt Nonne illi
aeternis poenis praemuntur. & isti aeternis gaudiis erigun
tur fulget enim ecclesia sup splendorem solis & psecutores eius
ppetuis tenebris conteguntur; Non legis scribtum quia unde
cim soli erant & uinci non potuerunt Nunc ubi orbis terrarū
repletus est piorum multitudine quomodo potuerunt uinci
Caelum & terra transibunt uerba autem mea non transibunt;
& merito carior enim ecclesia dō quam caelum; Non enim eccle
sia propter caelum sed propter ecclesiam caelum; Nihil enim que
so pturbet uos eorum quae agere uidetis. ponamus ante oculos nos
tros petrum sup aquas incedentem & parum quid hesitantem atque
ab hoc paululum periclitatum non propter potentiam fluctuum
sed proter infirmitatem fidei. Num quid humana uoluntate
huc uenimus aut propter hominem huc producti sumus & haec non
adroganter loquor; Neque iactantiae uitio agitatus sed animos uestros
qui forte turbantur cupio confirmare; Intuemini ergo quomodo com
mota est & contremuit terra; & tamen non corruit ciuitas; quomodo
inpurissimę diabole ecclesiam te putas posse deicere qui trementes
parietes fidei cedere minime uoluisti; Non est in parietibus ecclesia
sed in multitudine piorum. ecce quam fortes quam inmobiles statis non
ferro sed fide uincti & quid de tanta multitudine loquor unum fide
lem uincere non potest. o diabole nescis quae tibi fecerint martyres
quomodo frequenter ingressa est puella aetate tenera annis inma
tura & inuenta est ferro fortior cum latera eius scinderis fidem ta
men eius mouere non possis; defecit frequenter caro in tormentis & ro

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0241